



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Ex Recogniti||one Des. Eras-||mi Roterodami.||

Erasmus, Desiderius

Basileae, 1518

VD16 E 3644

Trebellii Pollionis Triginta Tyranni.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14277



TREBELLII POLLIONIS

TRIGINTA TYRANNI



SCRIPTIS IAM pluribus libris, non historico, nec diserto, sed pedestri eloquio, ad eam temporum uenimus seriē, in qua per annos, quibus Gallienus & Valerianus Remp. tenuerunt, triginta tyranni occupato Valeriano, magnis belli Persici necessitatibus extiterunt. Cum Gallienū non solum uiri, sed etiam mulieres contemptui haberent, ut suis locis probabitur. Sed quoniam tanta obscuritas eorum hominū fuit, qui ex diuersis orbis partibus ad imperium conuolabant, ut non multa de his uel dici possint à doctioribus, uel requiri: deinde ab omnibus historicis, qui græce ac latine scripserunt, ita nonnulli prætereantur, ut eorū nomina frequententur: postremo cum tam uarie à plerisque super his nonnulla sint perditā, in unū eos libellū contuli & quidē breuē, maxime cū uel in Valeriani, uel in Gallieni uita plerique de his dicta, nec repetēda tamē satis cōstet.

CYRIADES PRIMVS.



IC patrem Cyriadem fugiēs, diues & nobilis, cum luxuria sua, & moribus perditis sanctum senem grauaret, direpta magna parte auri, argenti etiā infinito pondere Persas petit: atque inde Saporī regi coniunctus, atque sociatus, cū hortator belli Romanis inferendi fuisset, Odenatum primū, deinde Saporē ad Romanū solum traxit. Antiochia etiā capta, & Casarea, Casareanum nomen accepit. Atque inde uocatus Augustus, cum omnē Orientem uel uirium audacia, uel terrore quateret: patrem uero interemisset (quod alij historici negant factum) ipse per insidias suorum, cum Valerianus iam ad bellum Persi cum ueniret, occisus est. Neque plus de hoc historiae quicquam mandatum est, quod dignum memoria esse uideatur. Quem darum perfugium & paricidium, & aspera tyrannis, & summa luxuries literis dederunt.

POSTHVMS SECVDVS.



IC uir in bello fortissimus, in pace constantissimus, in omni uita grauis, usque adeo ut Saloninū filiū suū eidem Gallienus in Gallia positū crederet, quasi custodi uita, & morū, & actū imperialiū institutori. Sed quantū plerique asserunt, quod eius non cōuenit moribus, postea fidem fregit, & occiso Salonino, sumpsit imperiū. Ut autem uerius plerique tra-

I 3 dederunt,

diderunt, cum Galli uehemētissime Gallienum odissent, puerum autem apud se imperare ferre non possent: eum qui commissum regebat imperium, imperatorem appellarunt, missisque militibus adolescentem interfecerunt. Quo interfecto, ab omni exercitu, & ab omnibus Gallis Posthumus gratanter acceptus, talem se præbuit per annos septem, ut Gallias instaurauerit: cum Gallienus luxuriæ & popinis uacaret, & amore barbaræ mulieris consenesceret. Gestum est tamen à Gallieno contra hunc bellum, tunc cum sagitta Gallienus est uulneratus. Siquidem nimis amor erga Posthumum omnium erat in Gallicanorum gente populorum, quod submotis omnibus Germanicis gentibus Romanum in pristinam securitatem reuocasset imperium. Sed cum se grauissime regeret more illo, quo Galli nouarum rerum semper sunt cupidi, Lolliano agente interemptus est. Siquis sanè Posthumi meritum requirit, iudicium de eo Valeriani ex hac epistola, quam ille ad Gallos misit, intelliget. Transhenani limitis ducem, & Gallia præsidem Posthumum fecimus, uirum dignissimum seueritate Gallorum: præfente quo non miles in castris, non iura in foro, non in tribunalibus lites, non in curia dignitas pereat. Qui unicuique proprium, & suum seruet. Virum quæ ego præ cæteris stupeo, & qui locum principis mereatur iure: de quo spero quod mihi gratias agetis, quod si me fefellerit opinio, quam de illo habeo, sciatis nusquam gentium reperiri, qui possit penitus approbari. Huius filio Posthumo nomine tribunatum Vocontiorum dedi adolescenti, qui se dignum patris moribus reddet.

POSTHVMVS IVNIOR TERTIVS.



Posthumi
declamatio-
nes.

E hoc propè nihil est quod dicatur, nisi quod à patre appellatus Cæsar, ac deinceps in eius honore Augustus cum patre dicitur interemptus: cum Lollianus in locum Posthumi subrogatus, delatum sibi à Gallis sumpsisset imperium. Fuit autem, quod solum memoratu dignum est, ita in declamationibus disertus, ut eius controuersia Quintiliano dicantur insertæ: quem declamatorem Romani generis acutissimum, unius capituli lectio prima statim fronte demonstrat.

LOLLIANVS QVARTVS.



Huius rebellionem in Gallia Posthumus uir omnium fortissimus interemptus est: cum iam nutante Gallieni luxuria in ueterem statum Romanum reformasset imperium. Fuit quidem etiam fortissimus, sed rebellionis intuitu minorem apud Gallos auctoritatem de suis uiribus tenuit. Interemptus autem est à Victorino Victorinæ, uel Victoriæ filio, quæ postea mater castrorum appellata est, & Augustæ nomine affecta: cum ipsa per se fugiens tantis ponderis molem primum in Marium, deinde in Tetricum, atque eius filium contulisset imperia. Et Lollianus quidem non nihilum Reip. profuit. Nam plerasque Galliarum ciuitates, nonnulla etiam castra Posthumus per septem annos in solo barbarico ædificauerat: quæ interfecto Posthumo subita irruptione Germanorum, & di-
repta

repta fuerāt, & incensa, statum ueterē reformauit. Deinde à suis militibus, quod in labore nimius esset, occisus est. Ita Gallieno perdēte Remp. in Gallia primū Posthumus, deinde Lollianus, Victorinus deinceps, postremo Tetricus (nam de Mario nihil dicimus) affectatores Romani nominis extiterūt, quos omnes datos diuinitus credo, ne cū illa pestis inaudita luxuria impediretur, malis possidendi Romanū solū Germanis daretur facultas: q̄ si eo genere tunc euasissent Germani: quo Gotthi, & Persæ cōsentientibus in Romano solo gentibus, uenerabile hoc Romani nominis finitū esset imperiū. Lolliani autē uita in multis obscura est, ut & ipsius Posthumi: sed priuata uirtute dara, nō nobilitatis pondere uixerūt.

VICTORINVS QVINTVS.

Posthumus senior, cum uideret multis se Gallieni uiribus peti, atq; auxiliū nō solum militum, uerū etiam alterius principis necessarium: Victorinū militaris industriæ uirum in participatū uocauit imperij, & cum eodem contra Gallienū conflixit. Cumq; adhibitis ingētibus Germanorū auxilijs, diu bella traxissent, uicti sunt. Tunc interfecto etiam Lolliano, solus Victorinus in imperio remansit, qui & ipse, quod matrimonij militū, & militariū corrupendis operam daret, à quodam actuario, cuius uxorem stuprauerat, composita factione Agrippinæ percussus: Victorino filio Cæsare à matre Victorina, siue Victoria, quæ mater castrorum dicta est, appellato: qui & ipse puerulus statim est interemptus, cū apud Agrippinā pater eius esset occisus. De hoc quod fortissimus fuerit, & præter libidinē optimus imperator, à multis multa sunt dicta. Sed satis credimus Iulij Ateriani partem libri cuiusdam ponere, in quo de Victorino sic loquitur. Victorino qui Gallias post Iunium Posthumum rexit, neminem existimo præferendum. Non in uirtute Traianum, non Antoninum in dementia, non grauitate Neruam, non in gubernando arario Vespasianū, non in censura totius uitæ, ac seueritate militari Pertinacem, uel Seuerū. Sed omnia hæc libido, & cupiditas mulierariæ uoluptatis sic perdidit, ut nemo audeat uirtutes eius in literas mittere, quem cōstat omnium iudicio meruisse puniri. Ergo cum id iudicij de Victorino scriptores habuerint, satis mihi uideor de eius dixisse moribus.

VICTORINVS IUNIOR SEXTVS.

De hoc nihil amplius in literas est relatum, quàm quod nepos Victorinæ Victorini filius fuit: & à patre, & ab auia sub eadem hora, qua Victorinus interemptus Cæsar nūcupatus est, ac statim à militibus ita occisus. Extāt deniq; sepulchra circa Agrippinam breui marmore impressa humilia: in quibus unus est in scriptus, Hic duo Victorini tyranni siti sunt.

MARIVS SEPTIMVS.

Mictorino, Lolliano, & Posthumo interemptis, Marius ex fabro, ut dicitur, ferrario triduo tantum imperauit. De hoc quid amplius requiratur, ignoro: nisi quod eum insigniorem breuissimum fecit Breue imperium.

fecit imperium. Nam ut COS, qui sex meridianis horis consulatum susceptum tenuit, à M. Tullio tali aspersus est ioco. Consulem habuimus tam seuerum, tamque censorium, ut in eius magistratu nemo pranderit, nemo cenauerit, nemo dormierit. De hoc etiam dici posse uidetur, qui una die factus est imperator, alia die uisus est imperare, tertia interemptus est. Et uir quidem strenuus, ac militaribus usque ad imperium gradibus euectus est: quem plerique Mamurium, nonnulli Vecturium, opificem utpote ferrarium, nuncuparunt. Sed de hoc nimis multa, de quo illud addidisse satis est. Nullius manus uel ad ferendum, uel ad impellendum fortiores fuisse: cum in digitis neruos uideretur habuisse, non uenas. Nam & carra uenientia digito salutariter repulisse dicitur, & fortissimos quosque uno digito sic affixisse, ut quasi ligni, uel ferri obtusioris ictu percussi dolerent. Multa duorum digitorum allisione cotriuit. *Suo gladio.* Occisus est à quodam milite, qui cum eius quondam operarius in fabrili officina fuisset, contemptus est ab eodem, uel cum duxisset, uel cum imperium cepisset. Addidisse hæc uerba dicitur interemptor: hic est gladius, quem ipse fecisti. Huius concio prima talis fuisse dicitur. Scio comilitones posse mihi obijci artem pristinam, cuius mihi omnes testes estis. Sed dicat quisque quod uult. Utinam semper ferrum exerceam. Non uino, non floribus, non mulierculis, non popinis, ut facit Gallienus, indignus patre suo, & sui generis nobilitate, depereã. Ars mihi obijciatur ferraria, dum me & exterã gentes ferrum atrectasse suis cladibus recognoscant in Italia. Denique ut omnis Alemannia, omnisque Germania cum cæteris quæ adiacent gentibus, Romanum populum ferratam putant gentem, ut specialiter in nobis ferrum timeant. Vos tamẽ cogitetis uelim, fecisse uos principem, qui nunquam quicquam scierit tractare, nisi ferrum. Quod iccirco dico, quia scio mihi à luxuriosissima illa peste nihil opponi posse, nisi hoc, quod gladiatorum, armorumque artifex fuerim.

INGENVSVS OCTAVVS.



Uico & Basso COS, cum Gallienus uino, & popinis uacaret, cumque se lenonibus, mimis, & meretricibus dederet, ac bona naturæ luxuriæ continuatione deperderet: Ingenus qui Pannonias tunc regebat, à Mæsiacis legionibus imperator est dictus, cæteris Pannoniarum uolentibus: neque in quoquam melius consultum Reipub. à militibus uidebatur, quam quod instatibus Sarmatis creatus est imperator, qui fessis rebus mederi sua uirtute potuisset. Causa autem ipsi arripiendi tunc imperij fuit, ne suspectus esset imperatoribus, quod erat fortissimus, ac Reipub. necessarius: & militibus, quod imperantes uehementer mouet, acceptissimus. Sed Gallienus, ut erat nequam, & perditus, ita etiam ubi necessitas coegisset, uelox, fortis, uehemens, crudelis, denique Ingenuum conflictu habito uicit: eoque occiso, in omnes Mæsiacos tam milites quam ciues asperrime sauit. Nec quenquam suæ crudelitatis exortem reliquit. Usque adeo asper & truculentus, ut plerasque ciuitates uacuas à uirili sexu relinqueret.

relinqueret. Fertur sanè idè Ingenuus ciuitate capta intrasse domū, in qua se pu-
gione transfodit: atq; ita uitam finisse, ne in tyranni crudelis potestatem ueni-
ret. Extat sanè epistola Gallieni, quā ad Celerem Verianū scripsit, qua eius ni-
mias crudelitatis ostendit. Quam ego idcirco interposui, ut omēs intelligerēt
hominem luxuriosum crudelissimum esse, si necessitas postulet. Gallienus Ve-
riano. Non mihi satisfacies, si tantum armatos occideris, quos & fors belli interi-
mere potuisset. Pertimendus est omnis sexus uirilis, si & senes atq; impuberes
sine reprehensione nostra occidi possent. Occidendus est quicumq; male uoluit,
occidendus est quicumq; maledixit contra me, contra Valeriani filium, contra
tot principū patrē & fratrem Ingenuus factus est impator. Lacera, occide, cōcide
animū meū intelligere potes, mea mente irascere, qui hæc manu mea scripsi.

REGILLIANVS NONVS.

Rati publici fuit, ut Gallieni tempore quicumq; potuit, ad im-
periu profiliret. Regillianus deniq; in Illyrico ducatum gerēs,
imperator est factus autoribus imperij Mcesijs, qui cum Inge-
nuo fuerant ante superati. In quorū parentes grauius Gallie-
nus sauierat. Hic tamen multa fortiter contra Sarmatas ges-
sit, sed autoribus Roxolanis, consentientibusq; militibus, & ti-
more prouincialiu, ne iterum Gallienus grauiora faceret, interemptus est. Mira-
bile fortasse uideatur, si quæ origo imperij eius fuerit, declaretur. Capitali enim
loco regna promeruit. Nam cū milites cū eo quidam coenarent, astitit Valeria-
nus tribunus, qui diceret: Regilliani nomen unde credimus dictum? Alius con-
tinuo, credimus quod à regno. Tum is qui aderat scholasticus, coepit quasi grā-
maticaliter declinare, & dicere, rex regis regio Regillianus. Milites, ut est homi-
nū genus pronū ad ea quæ cogitant, dixerūt: Ergo potest rex esse? item alius, er-
go potest nos regere? item alius, deus tibi nomen posuit. Quid multa? His di-
ctis cū alia die mane processisset, à principibus impator est salutat. Ita quod
alijs uel audacia uel iudiciū detulit, huic iocularis astutia fuit: quod negari non
potest, uir in militari re semper probatus, & Gallieno iam ante suspectus, quod
dignus uideretur imperio. Gētis Daciæ Decibali ipsius, ut fertur, affinis. Extat
epistola diui Claudij ad hunc priuati, qua Regilliano Illyrici dici gratias agit,
ob redditū Illyricū: cū omnia Gallieni segnitia depirēt, quā ego repertā in Athe-
nis inferendā putauī, fuit em̄ publica. Claudius Regilliano multā salutē. Feli-
cem temp. quæ te talem uirū habere rei Castrensis bellis his meruit: felicē Galie-
nū etiā, si ei uera nemo nec de bonis, nec de malis nūciat. Pertulerūt ad me Bo-
nitus, & Celsus stipatores principis nostri, qualis apud Scupos in pugnādo fue-
ris, quot uno die prælia, & qua celeritate cōfeceris. Dignus eras triūpho, si anti-
qua tēpora extarēt. Sed quid multa? Memor cuiusdā hominis cauti? uelim uin-
cas. Arcus Sarmaticos, & duo saga ad me uelim mittas, sed fiblatorie cū ipse mi-
si de nostris. Hac epistola ostendit, quid de Regilliano senserit Claudius, cui?
gratissimum iudiciū suis temporibus fuisse non dubiū est. Nec à Gallieno qui-
dē uir iste promotus est, sed à patre eius Valeriano, ut & Claudius, & Macria-

K nus, &

nos, & Ingenius, & Posthumus, & Aureolus, qui omnes in imperio interempti sunt, cum mererentur imperium. Mirabile autem hoc fuit in Valeriano principe, quod omnes quoscunque duces fecit, postea militum testimonio ad imperium peruenerunt: ut appareat senem imperatorem in deligendis reip. ducibus tale fuisse, qualem Romana felicitas si continuari fataliter potuisset, sub bono principe requirebat. Et utinam uel illi qui arripuerant imperia, regnare potuissent, uel eius filius Gallienus in imperio diutius non fuisset, ut libere se in suo statu resp. nostra tenuisset. Sed nimis sibi fortuna indulgendum putauit, quæ cum & Valeriano bonos principes tulit, & Gallienum diutius quam oportebat, reipub. referauit.

AVREOLVS DECIMVS.



Itaque quoque Illyricianos exercitus regens in contemptu Gallieni, ut omnes eo tempore, coactus à militibus sumpsit imperium. Et cum Macrianus cum filio suo Macriano contra Gallienum ueniret, cum plurimis exercitus eius cepit: aliquos corruptos fidei suæ addixit. & cum factus esset inualidus imperator, cumque Gallienus expugnare uirum fortem frustra tentasset, pacem cum eo contra Posthumum pugnaturus fecit, quorum pleraque & dicta sunt, & dicenda. Hunc eundem Aureolum Claudius interfecto iam Gallieno conflicto habito apud eum pontem interemit, qui nunc pons Aureoli nuncupatur, atque illic ut tyrannum se pulchro humiliore donauit. Extat etiam epigramma Græcū in hanc formam:

Dona sepulchrorum uictor post multa tyranni

Prælia, iam felix Claudius Aureolum

Munere prosequitur mortali, & iure superstes

Viueret quem uellet, si pateretur amor.

Militis egregij uitam qui iure negauit

Omnibus indignis, & magis Aureolo.

Ille tamen demens, qui corporis ultima seruans,

Et pontem Aureoli dedicat, & tumultum.

Hos ego uersus à quodam grammatico traslatos ita posui, ut fidem seruarem: non quo melius non potuerint transferri, sed ut fidelitas historica seruaretur, quæ ego præ cæteris custodiendam putauit: qui id quod ad eloquentiam pertinet, nihil curo. Rem enim uobis proposui deferre, non uerba: maxime tanta rerum copia, ut triginta tyrannorum simul uitas scribendas accesserim.

MACRIANVS VNDECIMVS.



Apto Valeriano diu clarissimo principe ciuitatis, fortissimo deinde impatore, ad postremum omnium infelicissimo, uel quod senex apud Persas consenuit, uel quod indignos se posteros dereliquit. Cum Gallienum contemnendum Balista præfectus Valeriani, & Macrianus primus intelligerent, quareribus etiam militibus principem, unum in locum concesserunt, quarerentes quid faciendum esset. Tuncque constitit Gallieno longe posito Aureolo usurpate imperium debere aliquem principem fieri, & quod optimum, ne quisquam tyrannus existeret. Verba igitur

igitur Balista (quatum Maconi? Astyanax, qd consilio interfuit, asserit) hac Mea aetas & pfectio, & uoluntas loge ab impio absunt: & ego quod negare non possu, bonu principem quero. Sed quis tade est, qui Valeriani locu possit implere: nisi talis, qualis tu es o Macriane, fortis, constans, integer, probatus in Rep. & quod maxime ad imperiu ptinget, diues. Arripe igitur locu meritis tuis debitum: me praefecto tibi diu uoles, uteris: tu cum rep. tantu bene agas, ut te Romanus orbis factu principem gaudeat. Ad hac Macrianus: Fateor Balista impium prudenti non frustra est. Volo enim Reip. subuenire, atq; illa pestem a legu gubernaculis dimouere: sed non hoc in me aetatis est. Senex sum, ad exemplum equare non possu. Lauandum est mihi frequentius, edendum delicatius, diuitiae me iam dudum ab usu militiae retraxerunt. Iuuenes aliqui sunt querendi, nec unus, sed duo, uel tres fortissimi, qui ex diuersis partibus orbis Ro. rep. restituant: quam Valerianus fato, Gallienus uitae suae genere perdidit. Post hac intellexit eum Balista sic agere, ut de filiis suis uideret cogitare, atq; adeo sic aggressus est. Prudentiae tuae rep. tradim. Da igitur liberos tuos Macrianu, & Quietu fortissimos iuuenes olim tribunos a Valeriano factos, qui Gallieno imperate, qd boni sunt, salui esse non possunt. Tunc ille ubi electu se esse coperit. Do, inquit, manus, de meo stipendiu militi duplex daturus. Tu tantu praefecti mihi studiu, & annonam in necessarijs locis praebere. Iam ego faxim, ut Gallienus fordissimus seminaru oium duces sui parentis intelligat. Factus est igitur cum Macriano, & Quietu duobus filiis cum suis militibus uolentibus impator. Ac statim contra Gallienu uenire coepit, utcuq; reb? in Oriete derelictis. Sed cum XLV milia militu secum duceret in Illyrico, uel in Thraciaru extremis congressus cum Aureolo, uictus, & cum filio interemptus est. xxx. deniq; milia militu in Aureoli potestate concessere. Domitianus aut eundem uicit dux Aureoli fortissimus, & uehementissimus, qui se originem diceret a Domitiano imperatore trahere, atq; a Domitilla. De Macriano aut nefas mihi uidetur iudiciu Valeriani praeterire, qd ille in oratione sua, quam ad senatu in Perfidis finibus miserat, posuit. Inter caetera ex oratione diui Valeriani. Ego, p. c. bellu Persicu gerens, Macriano totam Reip. credidi, quod a parte militari ille uobis fidelis, ille mihi deuotus, illum & amat, & timet miles. Vt cuq; res exegerit, cum exercitibus agit, nec, p. c. noua uel inopinata nobis sunt pueri eius uirtus in Italia, adulescentis in Gallia, iuuenis in Thracia, in Africa iam profecti, senescentis deniq; in Illyrico, & Dalmatia comprobata est, cum in diuersis praelijs ad exemplum fortiter faceret. Huc accedit, quod habet iuuenes filios Romano dignos collegio, nostra dignos amicitia, & reliqua.

MACRIANVS IUNIOR DVODECIMVS.



Multa de hoc in patris imperio praelibata sunt, qui nunquam impator factus esset, nisi prudentiae patris eius creditu uideret. De hoc plane multa miranda dicuntur, quae ad fortitudinem pertineant iuuenilis aetatis. Sed ad facta, aut quantum in bellis minus ualet fortitudo. Hic enim uehemens cum prudentissimo patre, cuius merito imperare coeperat, a Domitiano uictus, triginta, ut superius dixi, milibus militu spoliatus est. Matre nobilis, patre tantu forti, & ad bel-

luam parato, atque ab ultima militia in summum perueniente ducatum, & splendore sublimi.

QVIETVS TERTIVSDECIMVS.



Ita, ut diximus, Macriani filius fuit, cum patre & fratre Balista iudicio imperator est factus. Sed ubi conperit Odenatus, qui olimiam Orientem tenebat, ab Aureolo Macrianum patrem, Quietum, & eius fratrem Macrianum uictos, milites in eius potestate concessisse, quasi Gallieni partes uindicaret, adolescentem cum Balista praefecto dudum interemit. Idem quoque adolescens grauissimus Romano imperio fuit, ut uere Macriani filius, & Macrianus eius frater, qui duo afflictis rebus potuerunt Respublicam gerere. Videtur non mihi praetereundum de Macrianorum familia, quae hodieque floret, id dicere, quod speciale semper habuerunt. Alexandrum magnum Macedonem uiri in auro, & argento, mulieres & in reticulis, & dextrochetis, & in anulis, & in omni ornamento genere, exculptum semper habuerunt: eousque, ut tunicae, & limbi, & penulae matronales in familia eius, hodieque sint, quae Alexandri effigie delictis uariationibus monstrat. Videmus proxime Cornelium Macrum in eadem familia uirum, cum cenam in templo Herculis daret, patrem electrinam, quae in medio uultum Alexandri haberet, & in circuitu omnem historiam contineret signis breuibus, & minutulis, pontifici propinare: quam quidem circumferri ad omnes tantum illius uiri cupidissimos iussit. Quod idcirco posui, quia dicunt iuari in omni actu suo, qui Alexandrum expressum, uel auro gestitant, uel argento.

ODENATVS QVARTVSDECIMVS.



Ille Odenatus princeps Palmyrenorum capto Valeriano, fessis Romano Reipublicae uiribus sumpsisset impium, in Oriente res perditae esset. Quare assumpto nomine primum regali cum uxore Zenobia, & filio maiore, cui erat nomen Herodes, minoribus Hereniano, & Timolao collecto exercitu contra Persas profectus est: Nisibin primum & Orientis pleraque cum omni Mesopotamia in potestate recepit. Deinde ipsum regem uictum fugere coegit. Postremo Ctesiphonta usque, Saporis, & eius liberos persecutus, captis concubinis, capta etiam magna praeda, ad Orientem uertit: sperans quod Macrianum, qui impare contra Galienum cepat, posset opprimere: sed illo iam profecto contra Aureolum, & contra Gallienum, eo interepto, filium Quietum interfecit, Balista (ut plerique asserunt) regnum usurpante, ne & ipse posset occidi. Composito igitur magna ex parte Orientis statu, a consobriano suo Maenio, qui & ipse impium sumpserat, intereptus est cum filio suo Herode, qui & ipse post reditum de Perside cum patre impator est appellatus. Iratum fuisse Reipublicae deum credo, qui interfecto Valeriano, noluit Odenatum reseruare. Ille plane cum uxore Zenobia, non solum Orientem, quem iam in pristinum reformauerat statum, sed omnes omnino totius orbis partes reformasset. Vir acer in bellis, & quantum plerique scriptores loquuntur, uenatu memorabili semper indyus: qui a prima aetate capiendis leonibus, & pardis, ursis, caeterisque syluestribus animalibus sudorem officij uirilis impedit. Quicumque semper in syluis, ac montibus uixit, perferens calorem, pluuias, & omnia mala, quae in se continent uenatoriae uoluptates. Quibus duratus, sole ac puluere bellis Persicis tulit. Non aliter etiam coniuge assueta, quae multorum sententia fortior

fortior marito fuisse perhibetur. Mulierum omnium nobilissima Orientalium foeminarum, & (ut Cornelius Capitolinus asserit) speciosissima.

HERODES QVINTVSDECIMVS.

Non Zenobia matre, sed priore uxore genitus Herodes cū patre accepit imperiū, homo oīum delicatissimus, & prorsus Orientalis, & Græce luxuriæ, cui erāt sigillata tentoria, & aurati papiliones, & omnia Persica. Deniq; ingenio eius usus Odenatus quicquid cōcubinarū regaliū, quicquid diuitiarū, gēmarūq; cepit, eidē tradidit paternæ indulgentiæ affectiōe permotus. Et erat circa illum Zenobia nouercali animo. Quare commendabiliorē patri eum fecerat, neq; plura sunt, quæ de Herode dicantur.

MAEONIVS SEXTVSDECIMVS.

Macrobrius Odenati fuit. Nec ulla re alia ductus, nisi dānabili inuidiā impatorē optimū interemit, cū ei nihil aliud obijceret, p̄ter filij Herodis delitias. Dicit aut̄ primū cū Zenobia cōsensisse, quæ ferre nō poterat, ut priuignus eius Herodes priore loco q̄ filij eius Herēnianus, & Timolaus principes dicerent. Sed hic quoq; spurcissimus fuit: quare imperator appellatus per errorem breui à militibus pro suæ luxuriæ meritis interemptus est.

BALISTA DECIMVSSEPTIMVS.

De hoc utrū imperauerit scriptores inter se ambigūt. Multi em̄ dicūt Quietō per Odenatum occiso, Balistæ ueniā datā: tamē eum imperasse, quod nec Gallieno, nec Aureolo, nec Odenato se crederet. Alij asserunt priuatū, cū in agro suo, quē apud Daphnidē sibi compararat, interemptū. Multi & sumpsisse illum purpurā, & more Romano imperasse, exercitū duxisse, & de se plura promississe dixerūt. Occisum autē per hos, quos Aureolus miserat ad cōprehēdēdū Quietū Macriani filiū, quē prædā suā esse dicebat. Fuit uir insignis, eruditus ad gerendā Remp. In consilijs uehemens, in expeditionibus clarus, in prouisione annonaria singularis. Valeriano sic acceptus, ut eū quibusdā literis hoc testimonio prosecutus sit. Valerianus Ragonio Claro præfecto Illyrici, & Galliarū. Si quid in te bonæ frugis est, quā esse scio parens Clare dispositionē Balistæ persequere: hac in forma Rempub. uides, ut nec ille prouinciales grauet: ut illic equos cōtineat, ubi sunt pabula: illic annonas militū mandet, ubi sunt frumenta. Nō prouincialē, non possessorem cogat. Illic frumenta ubi nō habet dare, illic equū ubi nō potes pascere. nec est ulla alia prouisio melior, q̄ ut in locis suis erogent, quæ nascuntur, ne aut uehiculis, aut sumptibus Remp. grauent. Galatia frumētis abūdat, referta est Thracia, plenū est Illyricū. Illic pedites collocent, quācūq; in Thracia etiā equites sine noxa prouincialū hyemare possint. Multū em̄ ex cāpis sceni colligit: iā ibi laridū, iā ceteræ species in his dādæ sunt locis, in quibus affatim redundāt. Quæ oīa sunt Balistæ cōsilia, q̄ ex quacūq; prouincia unā tantū speciē præberi iussit, quod ea redūdaret: atq; ab ea milites sub

K 3 moueri,

moueri, id quod publicitus est decretū. Est & alia eius epistola, qua gratias Ba-
listæ agit, in qua docet sibi præcepta gubernandæ reipublicæ ab eodem data:
gaudens, quod eius consilio nullū ascriptitiū, id est uacantem haberet, & tribu-
num nullū stipatorē, qui nō uere pugnaret. Hic igitur uir in tentorio suo cubās,
à quodā gregario milite Odenati in Gallieni gratiā dicē interēptus. De quo
ipse uera non satis comperi, idcirco quod scriptores temporum de huius præfe-
ctura multa, de imperio pauca dixerunt.

VALENS DECIMVSOCTAVVS.



ic uir militaris simul etiam ciuiliū uirtutum gloria pollens, pro-
consulatu Achaiæ dato à Gallieno tunc honore gubernabat: quē
Macrianus uehementer reformidans, simul quod in omni genere
uitæ satis clarum norat, simul quod inimicū sibi esse inuidia uirtutū
sciebat, misso Pisonē nobilissimæ tunc & cōsularis familiæ uiro, interfici præce-
pit. Valens diligentissime cauens, & prouidens, neq; aliter sibi posse subueniri
existimans, sumpsit imperiū, & breui à militibus interēptus est. Fuit & Valens
superior, & bene uenit in mentem. Et cum de hoc Valente loquimur, etiam de
illo Valente, qui superiorum principū temporibus interemptus est, aliquid di-
gemus. Nam huius Valentis qui sub Gallieno imperauit, auunculus magnus
fuisse perhibet. Alij tantū auunculū dicunt. Sed par in ambobus fuit fortuna,
Nam & cum ille paucis diebus Illyrico imperasset, occisus est.

PISO DECIMVNONVS.



ic à Macriano ad interficiendum Valentem missus, ubi eū pro-
uidū futurorū imperare cognouit, Thessaliā concessit: atq; illic
paucis sibi cōsentientib; sumpsit imperiū, Thessalicusque ap-
pellatus interēptus est: uir sumæ sanctitatis, & tēporibus suis fru-
gi dictus, & qui ex illa Pisonum familia ducere orginem dice-
retur, cui se Cicero nobilitandi causa sociauerat. Hic omnibus
principibus acceptissimus fuit. Ipse deniq; Valens uir ad eū percussores misit:
se perhibetur, dixisse dicitur, non sibi apud deos ineros constare rationem,
quod quamuis hostem suum Pisonem tamen iussisset occidi, uirum cui simi-
lem Romana respublica non haberet. Senatusconsultum de Pisonē factum ad
noscendam eius maiestatem libenter inserui. Die septimo Calendas Iulias, cū
esset nunciatum Pisonem à Valente interemptum, ipsum Valentem à suis occi-
sum, Aurelius Fuscus consularis primæ sententiæ, qui in locum Valeriani suc-
cesserat, ait: Consul consule. Cumque consultus esset, Diuinos, inquit, honores
Pisoni decerno P. C. Gallienum, & Valerianum, & Saloninum imperatores
nostros esse confido. Neque enim melior uir quisquā fuit neque cōstantior,
post quem cæteri consulti statuam inter triumphales, & currus quadriugos Pi-
soni decreuerunt. Sed statua eius uidetur: quadrigæ autē quæ decretæ fuerant
quasi transferendæ ad alium positæ sunt, nec adhuc redditæ. Nam in his locis
fuerunt positæ, in quibus thermæ Diocletianæ sunt exadificatæ, tam æterni
nominis, quā sacrati.

Aemilianus

AEMILIANVS VIGESIMVS.



L hoc familiare est populo Aegyptiorum, ut uel furiosi, ac dementes de leuibus quibusq; ad summæ Reip. pericula perdantur: saepe illi ob neglectas salutationes, locum in balneis nō concessum, carnem & olera sequestrata, calciamenta seruilia, & cætera talia usq; ad summū Reip. periculum seditionis, ita ut armarentur contra eos exercitus, peruenerunt. Familiari ergo sibi furore, cum quadam die cuiusdam seruus curatoris, qui Alexandriam tunc regebat, militarie ob hoc cæsus esset, quod crepidas suas meliores esse, quàm militis diceret: collecta multitudo ad domū Aemiliani ducis anceps uenit: atq; cū omni seditionum instrumento, & furore persecuta est, ictus est lapidibus, petitus est ferro: nec desijt ullum seditionis telū. Quare coactus Aemilianus sumpsit imperium, cum sciret sibi undecunque pereundum. Consenserunt ei Aegyptiacus exercitus, maxime in Gallieni odium, nec eius ad regendam Rempub. uigor defuit. Nam Thebaidem, totamq; Aegyptum peragrauit, & quatenus potuit Barbarorum gentes forti autoritate submouit. Denique Alexander uel Alexandrinus, (nam incertum id quoq; habetur) uirtutum merito uocatus est. Et cū cōtra Indos pararet expeditionē, misso Theodoto duce Galliēo iubēte dedit pœnas: siquidē strangulatus in carcere captiuorū ueterū more perhibetur. Tacendum esse non credo, quod cū de Aegypto loquor, uet⁹ suggestit historia simul etiam Gallieni factum: qui cum Theodoto uellet imperium proconsulare decernere, à sacerdotibus est prohibitus: qui dixerunt fasces consulares ingredi Alexandriā non licere. cuius rei etiam Ciceronem, cū contra Gabinium loquitur, meminisse satis nouimus. Deniq; nō extat memoria rei frequentatæ, quare scire oportet, Herennium Celsum uestrū parentem dum consulatum cupit, hoc quod desyderat, nō licere. Fertur enim apud Memphim in aurea columna Aegyptijs esse literis scriptum, tunc demum Aegyptū liberā fore, cum in eam uenissent Romani fasces, & prætexta Romanorū: quod apud Proculum gramicum doctissimum sui tēporis uirum, cū de peregrinis regionibus loquitur, inuenitur.

SATURNINVS VIGESIMVS PRIMVS.



Qptimus ducū Gallieni tempore, sed à Valeriano dilectus Saturninus fuit. Hic quoq; cum dissolutionem Gallieni pernoctantis in publico ferre non posset: & milites non exemplo imperatoris sui, sed suo regeret: ab exercitibus sumpsit imperium, uir prudentiæ singularis, grauitatis insignis, uitæ amabilis, uictoriarum barbararum etiam ubiq; notarum. Hic ea die qua est amictus à militibus peplo imperatorio, concione adhibita dixisse fertur. Commilitones bonum ducem perdidistis, & malum principem fecistis. Deniq; cum multa strenue in imperio fecisset, quod esset seuerior, & grauior militibus, ab iisdem ipsis, à quibus factus fuerat, interemptus est. Huius insigne est, quod conuiuio discumbere milites, ne inferiora nudarentur, cum sagis iussit, hyeme grauibus, æstate perlucidis.

K 4 Tetricus

TETRICVS SENIOR VIGESIMVS SECVNDVS



Terfecto Victorino, & eius filio, mater ei⁹ Victoria, siue Victorina Tetricū senatorē P. Ro. præsidentū in Gallia regētē, ad imperiū hortata, quod eius erat, ut pleriq; loquūt, affinis, Augustū appellari fecit, filiū q; eius Cæsare nūcupauit. Et cū multa Tetricus feliciter egisset, diūq; impasset, ab Aureliano uict⁹ cū militū suorū impudentiā, & procacitatē ferre nō posset, uolens se grauissimo principi, & seuerissimo dedit. Versus deniq; illi⁹ fert, quē statim Ad Aurelianū scripserat: Eripe me his inuicte malis. Quare cū Aurelian⁹ nihil simplex, neq; mite, aut tranquillū facile cogitaret: Senatorē P. R. eundēq; cōsularē, qui iure præsidentali oēs Gallias rexerat, per triumphū duxit eodē tēpore, quo & Zenobiā Odenati uxorē cū filijs minoribus Odenati Herēniano, & Timolao: pudore tamē uictus uir nimiū seuerus eū, quē triumphauerat correctorē totius Italiæ fecit, id est, Campania, Samni, Lucania, Brutiorū, Apuliæ, Calabria, Hetruria, atq; Umbriæ, Piceni, & Flaminia, oēsq; annonariæ regionis: ac Tetricū non solum uiuere, sed etiam in summa dignitate manere passus est, cum illū saepe collegam, nonnuncq; commilitonem, aliquando etiam imperatorē appellaret.

TETRICVS IUNIOR VIGESIMVS TERTIVS.



Ter puerulus à Victoria Cæsar est appellatus, cum illa mater castrorū ab exercitu nuncupata esset: qui & ipse cū patre per triūphum ductus, postea omnibus senatorijs honoribus functus est illibato patrimonio, quod quidē ad suos posteros misit, ut Gellius Fuscus dicit, semper insignis. Narrabat auus meus hunc sibi familiarem fuisse, neq; quenq; illi ab Aureliano, aut postea ab alijs principibus esse prælātū. Tetricorū domus hodiēq; extat in monte Cælio inter duos lucos contra Isium Metellinum pulcherrima, in qua Aurelianus pictus est, utriq; prætextā tribuens, & senatoriam dignitatem: accipiens ab his sceptrum, coronam ciuicam picturatam de museo. Quam cum dedicasset, Aurelianum ipsum dicuntur duo Tetrici adhibuisse conuiuio.

TREBELLIANVS VIGESIMVS QVARTVS.



Redet iam persequi quanti sub Gallieno fuerunt tyranni uitio pestis illius: siquidē erat in eo luxuria, ut rebelles plurimos mereretur, & ea crudelitas ut iure timeret. Quare & in Trebellianū factū in Isauria principē, ipsis Isauris sibi ducē quærētibus, quē cū alij archipiratā uocassent, ipse se impatorē appellauit. Monetā etiā cudi iussit, palatiū in arce Isauriæ cōstituit: qui quidē cū se in intima Isaurorū loca munitus difficultatibus locorū, & montibus cōtulisset, aliquādiu apud Cilicas imperauit. Sed per Gallieni ducem Caufisoleū natione Aegyptiū, fratrem Theodoti, qui Aemilianū ceperat, ad campū deductus est uictus, & occisus. Neq; tamē postea Isauri timore, ne in eos Gallienus seuiret, ad æqualitatē p̄duci quauis principū hūanitate potuerūt. Deniq; post Trebellianū pro Barbaris habent, & cū in medio Rom. nominis solo regio eorū nouo genere custodiarū quasi limes includit, locis defensa nō hominib⁹. Nā non sunt

nō sunt statura decori, nō uirtute graues, non instructi armis, nō cōsilijs prudētes: sed hoc solo securi, qđ in aditis positi adiri nequeūt: quos qđē diuus Claudius penē ad hoc pduxerat, ut à suis semotos locis in Cilicia collocaret, daturus uni ex amicissimis omnē Isaurorū possessionē, ne qđ ex ea postea rebelliois oriret.

HERENNIANVS VIGESIMVSQVINTVS



Denatus moriēs duos paruulos reliquit, Herēnianū, & fratrem eius Timolauū: quorū nomine Zenobia usurpato sibi impio diutius qđ sceminā deuit, rēp. obtinuit: paruulos Ro. impatoris habitu proferēs purpuratos, eos dēq; adhibēs cōcionibus: quas illa uiriliter frequētauit, Didonē, & Semyramidē, & Cleopatram sui generis principē inter cetera prādicās. Sed de eorū exitu incertū est. Multi em̄ dicūt eos ab Aureliano interēptos, multi morte sua esse cōsumptos. Sigdē Zenobiae posteri etiā nūc Romae inter nobiles manēt.

TIMOLAVS VIGESIMVSSEXTVS



De hoc ea putamus digna notatiōe, quae de fratre sunt digna. Vnū tamē est, qđ eū à fratre separat: qđ tanti fuit ardoris ad studia Romana, ut breui cōsecutus quae insinuauerat grāmaticus, esse dicat, potuisse quinetiā summū Latinorum rhetorē facere.

CELSVS VIGESIMVSSEPTIMVS.



Cupatis partibus Gallicanis Oriētali⁹, quinetiā ponti Thraciarū & Illyrici, dū Gallienus popinat, & balneis, ac lenonib⁹ reputat uicā: Afri quoq; autore uiuo Passieno procōsule Africae, & Fabio Pōponiano duce limitis Libyci, Celsum imperatorē appellauerūt: p̄plo dea caelestis ornatū. Hic priuatus ex tribunis in Africa positus in agris suis uiuebat. Sed ea iustitia, & corporis magnitudine, ut dignus uideretur imperio. Quare creatus per quandā mulierē Gallienam nomine, consobrinā Gallieni se p̄tmo die interemptus est, atq; ab eo etiam inter obscuros principes uix relat⁹ est. Corpus eius à canibus cōsumptū est: sic omnibus qui Gallieno fidē seruaerant perurgentibus, & nouo iniuriā genere imago in crucē subliata per sultante uulgo, quasi patibulo ipse Celsus uideretur affixus.

Patibulum.

ZENOBIA VIGESIMAOCTAUA.



Mnis cōsumptus est pudor: siquidē fatigata rēp. eousq; peruentū est, ut Gallieno nequissime agente, optime etiā mulieres iperarent. Et quidē peregrina nomine Zenobia, de qua iā multa dicta sunt, quae se de Cleopatrarū, Ptolomaeorūq; gente iactaret, post Odenatum maritū imperiali sagulo perfuso per humeros habitu donis ornata, diademate etiam accepto, nomine filiorum Herenniani, & Timolai diutius, qđ sceminē⁹ sexus patiebat, impauit. Siquidē Gallieno adhuc regēte rēp. regale mulier superba munus obtinuit: & Claudio bellis Gotticis occupato, uix deniq; ab Aureliano uicta, & triūphata cōcessit in iura Ro. Extat epistola Aureliani, quae captiuae mulieri testimoniū fert. Nā cū à quibusdā reprehēderetur, qđ mulierē ueluti

ueluti ducē aliquē uir fortissimus triūphasset, missis ad senatū, populūq; Ro-
 manū literis, hac se attestatiōe defendit. Audio P. C. mihi obijci, quod nō uiri-
 le munus impleuerim Zenobiā triūphando. Nā illi qui me reprehendūt, satis
 laudarēt, si scirēt, qualis illa est mulier, q̄ prudēs in cōsilijs, q̄ cōstans in disposi-
 tionibus, q̄ erga milites grauis, q̄ larga cū necessitas postulet, q̄ tristis cū seue-
 ritas poscat. Possū dicere illius esse, qd' Odenat⁹ Persas uicit, ac fugato Sapore
 Ctesiphōtē usq; puenit. Possū asserere tāto apud Oriētales, & Aegyptiorū po-
 pulos timori mulierē fuisse, ut se nō Arabes, nō Sarraceni, nō Armenij cōmoue-
 rēt. Nec ego illi uitā cōseruasse, nisi eā scissem multū Ro. reip. profuisse, cū sibi
 uel liberis suis Oriētis seruaret imperiū. Sibi ergo habeāt propriarū uenena lin-
 guarū hi, quibus nihil placet. Nā si uicisse, ac triūphasse fœminā nō est decorū,
 quid de Gallieno loquūt⁹: in cuius cōtemptū hac bene rexit impiū. Quid de di-
 uo Claudio, sancto ac uenerabili duce, qui eā qd' ipse Gotticis esset expeditiōi-
 bus occupatus, passus esse dicit⁹ imperare: idq; occulte, ac prudēter, ut illa fer-
 uatē Oriētales fines impij, ipse securius quæ instituerat, ppetraret: Hac oratio
 indicat qd' iudicij Aurelianus habuerit de Zenobia: cui⁹ ea castitas fuisse dicit⁹,
 ut ne uirū suū qdē sciret, nisi tentatis cōceptionib⁹. Nā cū semel cōcubisset ex-
 pectatis menstruis cōtinebat se, si prægna⁹ esset. Sin minus, iter⁹ potestātē quæ
 rēdis liberis dabat. Vixit regali pompa more magis Persico. Adorata est more
 regū Persarū. Cōuiuata est impatorū more Ro. Ad cōciōes galeata pcessit cū
 limbo purpureo, gēmis depēdētib⁹ p ultimā simbriā. Media etiā codide ueluti fi-
 bula muliebri astricta, brachio sæpe nudo. Fuit uultu subaquo fusci coloris, ocu-
 lis supra modū uigētib⁹ nigris, spirit⁹ diuini, uenus castis incredibilis: tātus cādor
 in dentib⁹, ut margaritas eā pleriq; putarēt habere, nō dētes. Vox clara & uiri-
 lis: seueritas, ubi necessitas postulabat tyrannorū: bonorū principū clementia,
 ubi pietas requirebat. Larga prudēter, cōseruatric thesaurorū ultra fœmineum
 modū. Vsa uehiculo carpentario, raro pilēto, equo sapius. Ferē aut uel tria, uel
 quatuor milia frequēter cū peditib⁹ ambulasse. Nata est Hispanorū cupidita-
 te. bibit sæpe cū ducib⁹, cū esset aliās sobria: bibit etiā cū Persis, atq; Armenijs,
 ut eos uinceret. Vsa est uasis aureis gēmat⁹ ad cōuiuia, quib⁹ & Cleopatra usa
 est in ministerio. Eunuchos grauioris ætatis habuit, puellas nimis raras. Filios la-
 tine loq iusserat, adeo ut Græce uel difficile, uel raro loquerēt. Ipsa latini sermo-
 nis nō usq; quaq; ignata, sed ut loquerēt pudore cohibita: loquebat & Aegy-
 ptiace ad perfectum modum. Historiæ Alexandrinæ, atq; Orientalis ita peri-
 ta, ut eam epitomasse dicatur. Latinam autem Græce legerat. Cum illam Au-
 relianus cepisset, atq; in cōspectum suū ductam sic appellasset: Quid o Ze-
 nobia ausa es insultare Romanis imperatoribus? Illa dixisse fertur: Imperato-
 rē te esse cognosco, qui uincis: Gallienū & Aureolū, & cæteros principes non pu-
 tau. Victoriā mei similē credēs in cōsortiū regni uēire, si facultas locorū pateret,
 optau. Ducta est igit per triūphū ea specie, ut nihil pōpabili⁹ Po. R. uideret. Iā
 primū ornata gēmis ingētib⁹, ita ut ornamentoꝝ onere laboraret. Ferē em mulier
 fortissima sapissime restitisse, cū diceret se gēmarū onera ferre nō posse. Vincti
 erant

Nota

de Cimbro Antioch

erāt præterea pedes auro, manus etiā cathenis aureis: nec collo aureū uinculū deerat, quod scurra Persicus præferebat. Huic ab Aureliano uiuere cōcessū est. Fert̄ q̄ uixisse cū liberis matronæ iā more Romano: data sibi possessione in Tiburti, quæ hodiēque Zenobia dicitur, non longe ab Hadriani palatio, atq; ab eo loco cui nomē est Conche.

VICTORIA TRICESIMA.



On tā digna res erat, ut etiā Victorina, siue Victoria in literas mitteret̄, nisi Gallieni mores hoc faceret̄, ut memoria dignæ etiā mulieres cēferent̄. Victoria em̄ ubi filiū ac nepotē à militibus uidit occisos, Posthumū, deinde Lollianū, Mariū etiā quē principem milites nūcuparūt, interēptos: Tetricū, de quo superius dictū est, ad imperiū hortata est, ut uirile semp facin⁹ auderet: insignita est præterea hoc titulo, ut castrorū se diceret matrē. Cusi sunt eius nummi ærei, aurei, & argentei, quorū hodiēq; forma extat apud Treuiros, quæ quidē nō diutius uixit. Nā Tetrico imperāte, ut pleriq; loquunt̄, occisa. Ut alij asserūt, fatali necessitate cōsumpta. Hæc sunt, quæ de triginta tyrānis dicēda uidebāt. quos ego i unū uolumē idcirco cōtuli: ne si de singulis singula quæq; narrarē, nascerentur indigne fastidia, & ea quæ ferre lector nō posset. Nūc ad Claudiū principē redeo, de quo speciale mihi uolumē, quibus breue, merito uitæ illius uidetur ædendū. Addito fratre singulari uiro, ita ut de familia tā sancta, & tā nobili saltē pauca referantur. Studiose in medio scēminas posui ad ludibriū Gallieni, quo nihil prodigiosius passa est resp. Rom. Duos etiā nūc tyrannos, quasi extra numerū quod Gallieni essent temporibus: additurus unū, qui fuit Maximini tēporibus, alterū qui Claudio: ut tyrannorū triginta uiri hoc uolumine tenerent̄. Quæso qui expletū iā librū acceperas, boni cōsulas: atq; hoc uolumini tuo uolēs addas, quos ego quæadmodū Valentē superiorē huic uolumini sic post Claudiū, & Aurelianū his qui inter Tacitū & Diocletianū fuerūt, addere destinauerā. Sed errorē meū mœror historiæ diligentia tuæ eruditiois auertit. Habeo igit̄ gratiā, quod titulū meū prudentiæ tuæ benignitas impleuit. Nemo in templo pacis dicturus est me scēminas in tyrannos, cum risu, & ioco tyrānas uidelicet, & tyrānides, ut ipsi de me solēt iactare, posuisse. Habēt integrū numerū ex arcanis historiæ in meas literas datū. Titus em̄, & Cēsorius, quorū un⁹, ut dixi sub Maximino, alter sub Claudio fuit, ambo ab iisdē militibus, à quibus purpura uelati fuerāt, interēpti sunt.

TITVS.



Ocet Dexippus, nec Herodianus tacet, oēs q; qui talia legēda posteris tradiderūt: Titū Tri. Maurorū, qui à Maximino inter priuatos relictus fuerat, timorē uiolentæ mortis, ut alij dicūt: in uitū uero, & à militibus coactū, ut pleriq; asserūt, imperasse. Atq; hunc intra paucos dies post uindicatā defensionē, quam consularis uir magnus Maximino parauerat, à suis militibus interemptū. Imperasse autē mēsisibus sex. Fuit hic uir de primis erga rēp. domi, forisq; laudabilis, sed imperio parū felix. Alij dicūt ab Armenijs sagittarijs, quos Maximinus ut Alexandrinos & oderat, & offenderat, principē factū. Nec mireris tantam

ris tantam

Afs. † uniu/
riam.

ris tantam esse uarietate de homine, cuius uix nomen agnoscitur. Huius uxor Calphurnia fuit sancta & uenerabilis foemina de genere Censorinorū, id est, Pi-
sonū. Quā maiores nostri † Imiuiariā sacerdotem inter sacratissimas foeminas adorarent. Cuius statuam in templo Veneris adhuc uidimus argolicā, sed auratam. Hæc uniones Cleopatranas habuisse perhibetur. Hæc lācem centū libra-
rū argenti, cuius pleriq; poëtæ meminerunt, in qua maiorum eius expressa ostē-
ditur historia. Longius mihi uideor processisse, q̄ res postulabat. Sed quid fa-
ciam? scientia naturæ facilitate uerbosa est. Quare ad Censorinū reuertar ho-
minē nobile: sed qui nō tā bono, q̄ malo reip. septē diebus dicitur imperasse.

CENSORINVS.



Enforinus uir planè militaris, & antiquæ in curia dignitatis, bis cōsul, bis præfectus prætorij, ter præfectus urbi, quarto consul, tertio consularis, legatus prætorius secūdo, quarto ædi-
litius, tertio quæstorius, extra ordinē quoq; legatione Persu-
ca functus, etiam Sarmatica. Post omnes tamen honores cū
in agro suo degeret senex, atq; uno pede claudicans uulnere,
quod bello Persico Valeriani tēporibus acceperat, factus est imperator, & scur-
rarū ioco Claudius appellatus est. Cūq; se grauissime gereret, neq; à militi-
bus ob disciplinā Censoriā ferri posset: ab his ipsis, à quib⁹ factus fuerat, interē-
ptus est. Extat eius sepulchrum, in quo grandibus literis circa Bononiam incisi
sunt omnes eius honores, ultimo tamen uersu adscripto,

Felix ad omnia, infelicissimus imperator.

Afs. † male/
uolis.

Extat eius familia Censorinorū nomine frequentata: cuius pars Thracias odio
rerū Romanarū, pars Bithyniam petijt. Extat etiā domus pulcherrima adiun-
cta gētib⁹ Flauijs, quæ quondā Titi principis fuisse perhibetur. Habes inte-
grum numerum triginta tyrannorum: qui cum male nobis quidem, sed bono
animo causaberis. Da nunc cui uis libellum nō tam diserte, q̄ fideliter scriptū.
Neq; ego eloquentiam uideor pollicitus esse, sed rem: qui hos libellos, quos de
uita principū ædidi, non scribo, sed dicto: & dicto cū ea festinatione, quā siquid
uel ipse promiserō, uel tu petieris, sic perurges, ut respirandi nō habeā facultatē.

TREBELLII POLLIONIS

DIVVS CLAVDIVS.



Eliciter uentum est ad principem Claudium, qui no-
bis intuitu Constantij Caesaris cum cura in litteris di-
gerendus est. De quo ego idcirco recusare non potui,
quod alios tumultuarios uidelicet imperatores, ac re-
gulos scripseram eo libro, quem de triginta tyrannis
ædidi, qui Cleopatranam etiam stirpem, & uictoria-
nam, & quæ nunc est, detinet. Siquidem eò res proces-
sit, ut mulierum etiam uitas scribi Gallieni compara-
tio esse